



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXXXIII. ET. VLTIMVM

VT  
AD. VOTA  
PRO

A VG VSTI. A VG VSTARVM. Q  
SERENISSIMORVM. PATRIAEC. PRINCIPVM  
PERENNII. SALVTE  
IN. CVRIANO. IPSIS. ADDICTISSIMO  
A. D. VII. CAL. OCTOBRES  
H. L. Q. C  
A. R. S. CICICCLXXI  
POST. SACRA. MATVTINA  
QVAM. MERENTVR. PIETATE. NVNCVPANDA  
QVOS. IVVAT  
**OPTIMOS. PRINCIPES**  
QVAM. DIVTISSIME. VIGERE  
CORROGET  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS**

CVRIAEC. REGNITIANAE  
EX. OFFICINA. HETSCHELIANA

## SEGMENTVM II.

## EXTRA FRANCIAM ORIENTALEM.

## Index dictorum.

- |   |  |
|---|--|
| §. I. An?                                 | §. VIII. Augus <sup>t</sup> ae Vindelicorum? |
| §. II. In Palatinatu superiore?           | §. VIII. Dinkelshulæ et Nordlingæ?           |
| §. III. Regini?                           | §. X. In Oettingenibus?                      |
| §. III. Ingolstadii in superiore Bauaria? | §. XI. In Wurtenbergicæ?                     |
| §. V. Trans Danubium?                     | §. XII. In Ulmens <sup>i</sup> agro?         |
| §. VI. In Raetia?                         | §. XIII. Munderchingæ?                       |
| §. VII. In Suetia?                        | §. XIII. Ad Dacos Sarmatasque?               |

## §. I.

Qui 1.) HERMVNDVRIS non modo 2.) in ripa Danubii 3.) commercium cum Romanis 4.) sed et 5.) penitus atque in splendidissima Raetiae prouinciae 6.) colonia, 7.) ut pasim sine custode transirent, concesserit, is illos non Franciae orientalis 8.) cancellis austrum versus adeo circumdederit, quin eos egredi subinde patiatur.

## §. II.

Iam ex ista Franconia est via proxima ad Danubium per prouinciam, quae a Rheni *Palatinis* eius dominis vel adhuc nomen suum tueretur.

- |   |  |
|---|--|
| 1.) Cum Tacito de Mor. Germ. Cap. XXXXI. n. 2. et 3.                                  | 6.) Quaenam illa, monstrabit supra Cap. II. Sect. II. Int. II. Part. II. N. I. |
| 2.) Si repetus, quae Cap. II. Sect. II. Int. II. Part. II. N. 2. §. IIII. scripsimus. | §. VI.   |
| 3.) Cui id vindicauimus Cap. III. Sect. I. Int. I. Part. III. §. III.                 | 7.) Vnde et iam patebit, eam esse nostratum <i>Augsburgum</i> .                |
| 4.) Ex sententia eiusdem Cornelii n. 1.   | 8.) Quam HERMVNDVRORVM v-  |
| 5.) Ex iis, quae modo n. 2. indica-   | figia lecturi priori segmento perlustrauimus,                                  |

tuetur. Istius aliquam portionem, quam Norimbergenses sibi vindicarunt, HERMVNDVRIS, sunt, 1.) qui tribuunt. Quod si vero Narisci 2.) a Nabo nobilissimo *Palatinatus*, qui hodie dicitur, superioris flumine nomen suum traxerint, 3.) quia ad illud confederint; exiguum illius terrae portionem 4.) HERMVNDVRIS fecerint reliqui, quod ipsum tamen nondum liquido constat. 5.)

## §. III.

Effluit Nabus in Danubium haud procul a *Regno*, cui cum post ea accreuit *burg*, audiri id coepit *Reginoburgium*. 1.) Eo ante Corneliana tempora coloniam Romanam fuisse deductam, eset, quo se defenderent, qui illam 2.) *splendidissimam Ractiae provinciae coloniam* de ista S. R. I. vrbe libera cum maxime celeberrima accipi volunt. 3.)

## §. IIII.

Nec satis constat, an regionem Cisdanubianam, qua sita est *In-*  
M m m 2 *golfa-*

1.) Duce Clauerio in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXXIII. Spenerus in Notit. Germ. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. I. sub (f) p. 120. Brechenmacherus in Notit. Sueu. Antiq. §. XIII. in Wegelini Thes. Sueu. Tom. I. p. 79. et p. 265. Pregizerus de Gent. et Regn. Europ. ex Sueu. contin. §. X. Weissius in Antiq. Misnicofaxon. Cap. III. p. 30. Binauius in Hist. Teuton. Caef. et Imper. Tom. I. p. 34. Wideburgius de Pag. Vet. Misn. §. I. sub (b) p. 117. Falkensteinius in Antiq. et Memorab. Nordg. Vet. Tom. I. Cap. I. §. III. p. 5. Anchisenius in Valle Hertha Deac et Origin. Dan. Part. I. Cap. II. §. XXVII. p. 41. Steffensius de Prise, Incol. Teuton. Cl.

III. p. 194. item ad Taciti Germ. Cap. XXXXI. Kirchmaierus, Lacarius, Dithmarus, Iablonskius.

2.) Quos iuxta HERMVNDVROS egisse, supra Cap. III. Sect. I. Int. I. §. III. iunimus monitratum.

3.) Ut et hoc ibidem

4.) Quam fecit Clauerius, cuius verba sua fecere Spenerus et Pregizerus n. I. nominati.

5.) Ut censuit Grupenius in Orig. German. Obseru. I. §. V. p. 32.

§. III. 1.) Quod pluribus docuimus rationem quandam reddentes, cur Curia nostra cognominetur Regnitiana, §. VIII.

2.) Taciti German. Cap. XXXXI. n. 2.

3.) Quos refutauimus Cap. I. Sect. II. Int. I. Part. I. §. VIII.

*golfadium* 1.) Bauariae superioris vrbs ex vniuersitate studiorum per celebris, tenerint HERMVNDVRI. Omnia alia enim velint istius adpellationem arcesentes ab *Anglis*, 2.) qui olim hic confederint, si Diis placet.

## §. V.

Neque tamen arcuisse Danubium HERMVNDVROS nostros in aprico est, quippe quibus non tantum in iussi ripa sed et trans illud flumen cum Romanis erat commercium. 1.)

## §. VI.

Is tractus maioribus adpellabatur 1.) *Raetia* 2.) a nostratum riet, reut, rotten, quia silua erat exstirpanda et eradicanda prius, quam sedes suas ibi collocarent illuc migrantes. 3.)

## §. VII.

Quam vero esse Sueiae partem, ei facile patebit, qui ea inter se comparabit. Coluerint igitur aut saltē ibi transierint 1.) HERMVNDVRI, 2.)

## §. VIII.

Illius Sueiae alias inter vrbes caput extulit *Augusta Vindelicorum* huius populi antiquissima et multarum praestantisimarum ar- tium

1.) Quo tamen vsque HERMVNDVRO-  
RVM tractum porrectum fuisse, scriptit La-  
carrius ad ista Corneliana post Cluuerium,  
quem secutus est Steffenfius.

2.) Quorum nomen inuenias in Geogr.  
Europ. Itiner, Tom. III. Lib. II. Cap. V.  
p. 369.

§. V. 1.) Teste toties iam excitato Tacito.  
§. VI. 1.) Praecunte eodem.

2.) Cuius causa iuuabit repetuisse su-  
pra Cap. II. Seet. II. Int. II. Part. II. N. I.  
§. VI. adlata.

3.) Et huius causa reuertere illuc.

§. VII. 1.) Ne ab ipsis Cornelianis  
transuersum vnguem, quod aiunt, re-  
cedamus.

2.) Ex sententia saepius laudatorum  
Cluuerii, Brechenmacheri, Pregizeri,  
Cellarii, Speneri, Steffenfii, Bunaui,  
Falkensteinii, Dithmari, Lacarrii, item  
Muldeneri de Cattenburg §. IIII. immo  
et Artopoco de Orig. et Increment. Gent.  
Sueu §. VIII. in Wegelini Thes. Rer.  
Sueu. Tom. I. p. 22. quibus accedere

tium longe notissima S. R. I. libera vrbis Augsburgum. Sortita autem fuit nomen suum ab Augusto Romanorum Imperatore, sub quo deducebatur eo *colonia*, quae iam per has paginas adpellata fuit a viro huic rei plane gnaro 1.) *solendissima*, 2.)

§. VIII.

Sed et alia oppida illius Sueviae in HERMVNDVRIS censentur, 1.) nominatum *Dinkelspula* et *Nordlinga*, 2.)

§. X.

Quibus vicina Oettingensia, qui eidem genti subiiciant, fuere, 1.)

§. XI.

Aequo ac partem perexiguam Wurtenbergicarum terrarum siue Heidenheimensia, 1.) quae Brentius 2.) rigat. Qui vero HERMVNDVLOVM meminerit, 3.) eorundem vestigia in Wurtenbergiae oppidulo MVNDELsheim ad Nicrum Eslingam inter et Heilsbronnam sito sibi 4.) videbitur inuenisse.

M m m 3

§. XII.

nondum ratus est Gruppenius n. 5. ad §. II. nominatus.

ad modum arrident, nihil adhuc prodidit.

1.) Tacito Germ. Cap. XXXI, n. 2.  
2.) Reuoca supra Cap. I. Sect. II. Int. I. Part. I. §. VIII. iam adposita.

§. X. 1.) Docederlinus in Antiq. Gentil.

§. VIII. 1.) Cluuerio, Brechenmacherio, Pregizero, Cellario, Falkensteinio, Lacarrero, Wideburgio atque Weisfio, qui sui oblitus nominat „Palatinatum superiore“, qua Nordlinga et Dinkelspiel existant.,

Nordgau, §. XXII. p. 30. atque Ill. Satlerius in Vniuers. Hist. Wurtenberg. Tom.

1.) Sect. I. §. XXXVIII. extr. p. 54.  
2.) Quod Cel. Schopperlino ordinis nostri decori eximio curatus innescandum relinquimus, de quo tamen in suis Analeasis Nordlingenibus, quae nobis

I. Sect. I. §. XXXVIII. p. 53. et §. seq. p. 55.

2.) Quo ab Alemannis HERMVNDVROS discrevit iam Cluuerius. Nec improbarunt Spenerus et Steffensius.

3.) Ex Cap. II. Sect. II. Int. II. Part. II. N. II. §. III.

4.) Vel dudum ante recentiores Meriano in Topogr. Sueviae p. 136.

## §. XII.

Porro fuit, 1.) qui HERMVNDVRIS adsignaret agrum *Vlmensem*.

## §. XIII.

Immo ipsum MVNDERchingen vel MVNDERkingen vel MIN-  
DERkingen vel MVNDARchingen oppidum Austriacis in Suevia  
parens dextrae Danubii ripae 1.) Elingain fere contra impositum 2.)  
conditores suos prae se tulerit, 3.) si HERMVNDVRORVM  
nomen ab HEER et MVND siue MVNDER petendum. 4.)

## §. XIII.

Impleuerintne Danubii ripam Germanicam cum ceteris Suevo-  
rum nationibus vsque ad *Daces Sarmatasque* 1.) neque confirmare  
argumentis, quae inuentu difficillima, 2.) neque refellere in ani-  
mo est.

## Caput III.

AN CVRIA REGNITIANA HERMVNDVRORVM  
COGNOMINANDA?

## index dictorum.

§. I. An HERMVNDVRORVM?

§. II. Num expeditum?

§. III. Ne quidem ex idiotismo.

§. III. Eorumne vrbs?

§. V. Eiusdemne aeratis?

§. VI. Cognominandane ex iis?

## §. I.

1.) Ille laudatus Satlerus, ante quem  
integro seculo citius scripsit Couringius  
de Antiq. Stat. Helmstad. p. 76. HER-  
MVNDVROS omnenm Danubii oram Vlmam  
fere usque posse diste.

§. XIII. 1.) Non fontis, a quo haud  
ita procul illud oppidum Althamero in-  
fra n. 3. nominato est situm. Hinc enim  
illuc profecturus plus quam duodecim  
lapides miliarios habebit numerandos.

2.) Quod est videre in Meriani To-  
pogr. Suev. p. 137. ne recentiorum geo-  
graphorum agmen agam.

3.) Althamero ad Taciti German. Cap.  
XXXI. n. I. et Schoppere in Choro-  
graph. Teuton. Part. I. Cap. VII. p. 129.

4.) Ad rationem iam Cap. II. Sect. I.  
Int. I. §. VIII. seqq. expositam.

§. XIII. 1.) Quo vsque habitare fecerunt  
Artopoeus de Orig. et Inrem. Gent.  
Suev. §. VIII. in Wegelini Thes. Suev.  
Tom. I. p. 22. et Marianus in Indice in  
Caesaris Comment. p. 612.

2.) Nondum enim luce sua radiant,  
quae supra Cap. I. Sect. I. Int. II. §. III.  
seqq. coegerimus.

## §. I.

Cuncta hac tenus prolatu<sup>m</sup> videntur HERMVNDVROS non ar-  
cere a regione, cuius caput *Curia Regnitiana*.

## §. II.

Ne expeditius id exsequeremur, defuere vestigia clariora, quae  
prisci aeui ruditas simplicitasue et temporis longinquitas occu-  
luit. 1.)

## §. III.

Num forte ex vernacula, quae subinde prisci aeui reliquias  
praefat? Verum enim vero 1.) „lingua Alemannica et Francica est  
„omnium veterum dialectorum nouissima, ex omnium gentium  
„Germanicarum, quot quot communis libertatis contra Romanos  
„tuendae causa in Alamannicum vel Francicum nomen et foe-  
„dus concesserant, sociali bello et mixtis idiotismis apud Hermi-  
„nuones nata, immensus vocabulorum veteranum, tam Celticorum,  
„quam Frisicorum, Cauchicorum, Salicorum, Brueterorum, Che-  
„ruscorum, Chatticorum, Sigambricorum, HERMVNDVRO-  
„RVM et Transalbianorum quoque thesaurus, quae et iam si hodie  
„omnia discerni non posint, multis, quae Celtica, Saxonica et  
„Salica esse nouimus, exceptis, in illo tamen tamquam sede com-  
muni morantur et adseruantur.”

## §. III.

Iam vero tantum abest, vt *Curia Regnitiana* sit condita ab  
HERMVNDVRIS, vt potius, his aequo ac aliis priscorum Germano-  
norum populis nullas vrbes fuisse habitatas, satis notum fit. 1.) Aeta-

1.) Quales causas monumentorum per Germanjam raritatis reperire fate-  
git illorum inuestigator acer et diligens  
Cygneae rei sacrae antistes grauissimus  
Wellerus in Collect. Script. Soc. Liberal.  
Art. Lipiensi. Part. III. p. 71, seqq.

§. III. 1.) Pronunciat illud linguae Germanicae oraculum Wachterus in Praef. ad Glosar. German. §. XXXXVIII.

§. III. 1.) Ex Taciti German. Cap. XVI. pr.

te tamen proiectiorem, quam quae vulgi est opinio, facheremus istam, si hic loci eset.

## S. V.

Praebet autem quibusdam non nihil voluptatis a maioribus petere cognomen, quod locis adlinant. Quoties id non contigit viribus Misniae permultis? 1.) Sei et Halae saepe legitur 2.) HERMVNDVRQRVM adiectum. Et tamen neutra earum vidit istes. 3.)

## S. VI.

Quo iure igitur istae in hac gente gloriam aucupantur, eodem et Curia nostra cognominetur HERMVNDVRORVM.

Ohe iam satis est, ohe libelle.

Iam peruenimus usque ad vmbilicos.

Fuere autem, qui iterum iterumque instarent, ut uno volumine completeremur HERMVNDVRORVM membra, quae diuulsa et diserpta ne quidem ad eos peruenere, quos iuaret corpus integrum. Ab his fuit concitatus, qui typis suis eadem repetere nobis obferret suauis virorum, quorum iudicio hac in re multum tribuitur. Ne autem illos poeniteat huius consilli et nos obsequii, quo nomine suo iure prodeat, HERMVNDVRORVM NOTITIAM communi usui exposituros, denuo meditationis incudi reddimus. Velint igitur iubeant, quibus datum est, quae refingamus. Maturato tamen opus est, quia prela instant, quibus, si Deo ita visum, intra semestre proximum illa describenda datus esse, fidem fecimus. Operis, cuius singulas partes edere ratio tum constabat, compagem quae soluerint, iam cessabunt.

Pro-

1.) Supra Cap. III. Sect. II. Int. Part. II.  
N. I. Penf. II. §. V. enumeratis.

2.) Ab omnium plerisque Cap. III.  
Sect. II. Int. I. Part. II. N. I. §. VIII. n.

II. nominatis.

3.) Quale obseruavit Perillusris Mose-  
rus ad Ludewici Numismatices Cap. XVII,  
§. III. p. 372.

✿      ♀      ✿

Prospicientes iam quidem diem , qui ante septem et quin-  
quaginta annos edidit, quae post annos viginti fere duos pa-  
reret , sub cuius tutela Musarum palaestrae dulci fruuntur otio,  
naecti sumus exoptatissimam occasionem , diuinam prouidentiam  
admirandi in diebus natalibus cum ipsorum nostrorum PRINCI-  
PVM PARIS CELSISSSI tum vtriusque MATRVM AVGVS-  
TARVM. Iam ne quis auditorum, quos hisce conuocamus, in-  
terficit, qui non cum Curiano agnoscat diuinam gratiam, eamdem  
que celebret, celebribunt eam, qui pro rostris iam quidem prod-  
ibunt, piis pro OPTIMO QVOQVE PRINCIPE iunctis vo-  
tis vernacula nunc prorsa nunc vorla:

IOANNES BERNHARDVS LIPPERT nostras ex natali viriusque  
PRINCIPIS, quorum imperio aequissimo obtemperamus liben-  
tissime, quippe quod ex insitutis maiorum tum sacra fuit publice.

FRIDERICVS GOTTLLOB HAS Weidafoxo ex natali SERENIS-  
SIMI PRINCIPIS cum maxime nos regentis VXORIS DVL-  
CISSIMAE FRIDERICAE CAROLINAE , quo Ioannes  
cognominatus Baptista in hanc lucem creditur editus.

CAROLVS MAXIMILIANVS VILHELMVS HELFREICH Curien-  
sis ex natalibus diebus MATRVM AMBORVM SERENISSI-  
MORVM PRINCIPVM AVGVSTARVM in mensē , quem  
agimus , Septembrem incidentibus.

IOANNES HEINRICVS CAROLVS SCHOENAUER Wirsbergen-  
sis ex natali CLEMENTISSIMI PRINCIPIS nostri MATRIS  
OPTIMAE FRIDERICAE LUDOVICAE, qui incidit in vigi-  
lias Michaelis.

IOANNES CHRISTOPHORVS SCHWEINIZ Oelsnitiosaxo ex  
ludis natalis SERENISSIMAE ELISABETAE FRIDERICAE  
SOPHIAE nuperrime Baruti gratia actis EIVSDEM pe-  
nitiae

Nnn



ritiae in musicis plane eximiae reminiscens musicam, quo  
arctior ei cum Apolline et Musis conseruo, eo reddi gra-  
tiorem.

TRAVGOT ADAM BEK Posseccasaxo ex natali IPSIUS ALEX-  
ANDRI nostrum AMANTISSIMI, qui Matthiae Apostoli  
memoriae dicatus est.

GEORGIVS GEIER Selbensis ex ipso, quo disserit, tempore,  
quippe quod anno CCCCCCLIII. a. d. V. Calendas Octobres per bi-  
nos, et, quod excurrit, mensis obsidionem a tribus exercitibus  
festi Curiani coacti fuere urbem hostibus permittere, anno vero  
CCCCXXXXIII. a. d. XI. easdem Calendas quarta urbis pars  
flamnis conflagravit violentissimis. Eius praecipue, quem Curi-  
enses cum septendecim alumnis, quibus per sex et decem  
menses praeeruit, in nuperrima annonae difficultate et cari-  
tate aluere, est, ut praे reliquis gratum testetur animum,  
eoque magis, quo diutius, effluxit autem integrum decen-  
nium, Curiae liberalitatis, qua claret, fuit particeps. Eius-  
dem et iam erat, vt praeter exercitia stili et disserendi quo-  
que in diebus gymnasio festis coram aliis quam praeceper-  
ribus et commilitonibus diceret aliquando pro scholae tem-  
pliue rostris dicturus. Egit ergo Teuto de superstitiosa ri-  
tuum et caeremoniarum obseruatione: quo pacto coniux principi-  
pis amorem suum tenerimum in maritum testetur: de Chri-  
stiano potissimum suorum amantissimo. Ulterius autem pro-  
gredi nequiret impeditus tenui sorte patris Ioannis Iacobi  
vestificis boni ciuis senescensis. Proudit igitur Vir Excel-  
lentissimus atque Amplissimus Laurentius Iacobus Ioannes  
Lange Senatus, cui Baruti hoc negotium clementissime fuit  
demandatum, ne res sacra scholasticaque quod detrimen-  
tum capiat, Adsesor Spectatisimus et Illustris Christianer-  
nestini Profesor Dignissimus, ut a proxime instante anno  
per-

104



perciperet stipendium Hailsbronnense, quo potissimum in contuberno Theologorum Fridericoalexrinae bene mereatur.

Hunc praecedet, qui eum praesesfit in ordine gymnasii atque alumnei anno ante, supra nominatus BEK. Hic, quia tum, cum inde migraret, eius rei non erat copia, sibi religioni duxit, silentio transire beneficia, quae sibi aequae per decem annos in hac vrbe et schola concedebantur. Canebat autem bis Germanice et in vltimis D. FRIDERICI CHRISTIANI follennibus nataliciis et memoriam inaugaurati athenaei nostri conseruandi causa non auditorum ingratiss. Gratia enim aliorum quam maxime orbus teneris annis patre, qui, dum viueret, erat Georgius Michael haud imperitus ophthalmicus, eguit formando aliquot splendidiori loco natorum animos indefesfus.

Ex horum alumnorum nostrorum, inter quos octo abhinc annis rogatu patris cognominis probi ciuis victoris fuit receptus, numero reuocabat in patriam huius Senatus Amplissimus ad oppidi sui tenellas sexus muliebris primis, quibus commodum est, elementis imbuendum. Cum Bekio posuit, quod primo loco nominauimus, tirocinium cantando Germanice, quid posit vterque, experientes. Nuperime Christianorum patria nullam potiorem esse docuit, vt par est, primum ipsum esse verum Christianum, cuius scholae confiter pudor arque castitas, ne, quod nescisse rectius fuerit, discant in disciplinam traditae.

Auocabat simul Georgius Vilhelmus Schoenauer aeris fodinorum Putnerianarum in iugo montium Wirsbergensium Curator peritisimus, vt sua vestigia premeret, illum gnatum vnicum, qui per quatuor fere annos, intra quod tempus semel nostra sacra de meliori commendauit voce Germanica, Curiani magistris operam dedit.

Pace

❖ ❖ ❖

Pace demum Parentis Praenobilissimi atque Iuris Consultissimi, vrbis nostrae Syndici Grauiissimi atque gymnasii Scholarchae Vigilantisissimi, Maximiliani Christiani Helfreichii filius natu maior supra nominatus commutabit publicam, quam fere per octo annos adolescenti humaniorum literarum haud incapaci praestitimus, cuiusque specimen superiori anno oda alcalica Latina dedit, cum priuata institutione. Habet autem domi imagines et paternas et maternas, quibus dignus euadat.

Hosce posteriores quinque suis, quos fore praefentes non tam confidimus quam, quo decet cultu, euocamus, ut apud nos deposita reddituris in animo est celebratiorem facere non adeo notum ordinem venatorum, cuius auspicia sub D. FREDERICO nos olim regente, quemque adhuc gerunt aliquot rei venatoriae capita, atque nummum quadratum, cuius antica EIVSDEM LAUDATISSIMI PRINCIPIS nomen, posita autem Dianam cum binis canibus venaticis obferunt obuiam intuenti.







Yb 4473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904

3



26



### Farbkarte #13



B.I.G.

CVRIAM

REGNITIANAM

NON. NVLLO. IVRE

HERMVNDVRORVM

COGNOMINANDAM

DISSERIT. XXXXIII. ET. VLTIMVM

VT

AD. VOTA

PRO

AVGVSTI. AVGVSTARVM. Q

SERENISSIMORVM. PATRIAEC. PRINCIPVM

PERENNII. SALVTE

IN. CVRIANO. IPSIS. ADDICTISSIMO

A. D. VII. CAL. OCTOBRES

H. L. Q. C

A. R. S. CICIOCCCLXXI

POST. SACRA. MATVTINA

QVAM. MERENTVR. PIETATE. NVNCVPANDA

QVOS. IUVAT

OPTIMOS. PRINCIPES

QVAM. DIVTISSIME. VIGERE

CORROGET

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAEC. REGNITIANAE

EX. OFFICINA. HETSCHELIANA